

- daeis, paganis et infidelibus, constitutum in gratiam loci sacri et in obsequium Dei, non in gratiam recurrentis ad illud.
- Ius asyli prodest omnibus reis Qui crimen commiserunt non exceptum.
- Quaedam crimina sunt adeo execranda, ut qui ea pataverint, nullatenus sunt iure asyli donandi, iuxta ius canonicum: Utpote latrones publici, grassatores viarum, homicidae animo praemeditato, sicarii, fabricatores Litterarum Apostolicarum, conflantes monetas falsas, et vera adulterantes, violatores iuris sacri asyli. Benedictus XIV.
- Rei criminum ad Ecclesiam confugientes Christiana benignitate et charitate sunt recipiendi, et si indigeant, ex bonis Ecclesiae sustendandi sunt.
- Ad Ecclesiam confugientes criminum rei Suis rebus secum in locum immunem delatis nequeunt spoliari, licet spoliari queant rebus alienis et armis cum imploratione et potestate saecularis brachii.
- Rei criminum ad Ecclesiam confugientes De loco immuni exturbari nequeunt nisi eodem abutentur.
- Si rei de loco immuni abutantur Possunt prima vice, Episcopi auctoritate, de uno in alium locum transferri, et secunda vice possunt sacri asyli privilegio per eundem Episcopum privari.
- Ut reus qui in sacrum asylum se recepit, excepti criminis, extrahi possit, requiritur, Ut interveniat Episcopi licentia, ut Episcopus processum informativum sibi conficiat, ut minister curiae saecularis iuret se restitutum Ecclesiae reum si innocens, vel non reus criminis excepti; ut iudex saecularis in processu conficiendo audiat Ecclesiae fiscalem, et rei fiat traditio cum incolumitates vitae et membrorum.
- Poenae contra violatores iuris sacri asyli duae sunt, nimirum: Privatio beneficii asyli, et excommunicatio Papae reservata.
- Violatores sacri asyli habentur; Qui repellunt ad Ecclesiam confugientes, qui in Ecclesiam receptum ab ea extrahunt, et huius facti cooperatores; qui eundem in Ecclesia occidunt vel graviter laedunt; qui cum debeant reum Ecclesiae restituere et id facere recusant.

De Sepulturis Ecclesiae.

- Pro loco, in quo cadavera humanantur. Sepultura accipitur.
- Pro iure in humationis iuxta ritus ab Ecclesia praescriptos, quo sensu dicitur sepultura ecclesiastica. Sepultura accipitur in alio sensu.
- Iuxta illud XII Tabularum: *Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve urito.* Romanis erat interdictum, ne cadavera sepelirentur in Urbe,
- Ne quis sepeliretur in Ecclesia; sed hoc vix aliquando permittebat in atrio aut porticu Ecclesiae. Disciplina ecclesiastica antiqua interdicebat
- Sanctis Martyribus, Episcopis, Sacerdotibus et principibus cristianis ac universis fidelibus. Decursu temporis sepultura concedi coepit in Ecclesia
- Ubique sunt erecta coemeteria, et interdictae in Ecclesia sepulturae. Nunc sub specie incolumitati consulendi, et civili auctoritate urgente
- Cadavera feris, agris, aquis, igni, terrae extenuanda dabant. Veteres gentes
- Quia antiquior, communior, naturae convenientior est consuetudo haec, quod corpus hominis reddendus sit humo ex qua desumptum est. Ecclesia Catholica morem condendi in terra defunctorum corpora elegit et retinuit;
- Quod depositiones cadaverum fieri debent subtus terram ita ut sepulchri operculum complanetur cum pavimento, et non in muris aut conditoriis elevatis: hoc amovendum est iuxta praescriptum S. Pii V. Extructa sunt coemeteria in agris et in Ecclesiis sepulchra, in quibus observandum est,
- Solis S. Pontificibus competit. Privilegium sepulchri elevati
- Ex Congr. S. R. U. I. et si agatur de societatibus massonicae sectae, incurri poenas contra hanc latas. Non est licitum nomen dare societatibus, quibus propositum est promovere usum comburendi hominum cadavera.
- Factaque de his SS. D. N. Leoni Papae XIII, relatione, Sanctitas sua resolutiones EE. P. P. approbavit et confirmavit et Ordinariis communicandas mandavit, ut instruantur fideles circa detestabilem abu- Non est licitum mandare, ut sua aliorumve cadavera comburentur.

sum humana corpora cremandi, atque ab eo gregem sibi concreditum totis viribus deterreant.

Circa ius humationis vel sepulturae observandum est, a sacris canonibus assignari triplicem sepulturam, nempe:

Habent ex iure communi sibi liberae sepulturae eligendae ius omnes fideles.

Impuberes et Regulares, non habent ius eligendi sepulturae:

Sepultura gentilitia

Sepultura gentilitia parochiali praevalet:

Sepultura gentilitia propria dicitur, non quod quis habeat in ea verum dominium, sed in ea habetur usum sive ius sepeliendi:

Sepultura parochialis

In parochiali sepulchro sicut in aliis sepulturae speciebus.

Ob retardatam, vel non solutam canonicam portionem nequit Parochus cadaveris sepulturam differre vel negare:

Quilibet fidelis ius habet ad ecclesiasticam sepulturam,

Electam, gentilitiam et parochialem. Sepultura electa praevalet omnibus: nam quoad locum sepulchri potius semper debet esse iudicium morientis.

Cap. I. et III. de sepult. et hoc etiam filii-familias, et mulieres nuptae, non obstante viri potestate, quia electio haec ad eum statum pertinet, in quo uxor solvitur a lege viri.

Quia eis non est velle, neque nolle.

Est illa, quam quis habet in sepulchro familiari aut haereditario, aut maiorum.

Quia parochialis sepultura communis appellatur, et gentilitia particularis ac propria.

Quia sepulchra loca religiosa sunt, idcirco extra hominum commercium posita; proinde, qui eo potitur iure, alteri donare vel legare non prohibetur.

Est quam quis habet in propria parochia, in qua divina officia consuevit audire, et ecclesiastica recipere Sacramenta.

Proprius defuncti Parochus, excepto casu paupertatis, ius habet ad portionem canonicam petendam.

Quia S. C. pluribus vicibus hoc definivit; multum enim repugnat, ut propter emolumentum pecuniae, ultimum laedatur officium pietatis.

Nisi in lege reperiatur expresse interdictus. Cap. 12 de sepult.

Iuxta illam regulam: *Ut quibus non communicavimus vivos, non communicemus mortuis.*

Quia hi quidem recedentes, et ab Ecclesia seorsim viventes, ecclesiastica sepultura se faciunt indignos.

Qui in duello occubuerunt, etiamsi post crimen poenitentiam egerint.

Qui in statu peccati letalis publice constat absque poenitentia decessisse, ut suicidae, fures et latrones mortui in flagranti, monachi mortui cum peculio et usurarii mortui sine cautione de restituendis usuris.

Qui sunt blasphemii, qui praeceptum paschale violaverunt et alii publici peccatores.

Quia sacri canones non patiuntur, ut publica poena crimina occulta puniantur.

Quia in poenis mitior est tenenda interpretatio; et cum regulariter delinquens, saltem in extremis, aliquod poenitentiae aut pietatis signum dat, ut communitur sentiunt Doctores.

Pius Papa IX, in sua Bulla *Apostolicae Sedis* sancivit quod *mandantes et cogentes tradi ecclesiasticae sepulturae haereticos notorios aut nominatim excommunicatos vel interdictos*, excommunicantur, excommunicatione nemini reservata.

Ecclesiastica sepultura interdicta est excommunicatis vitandis,

Sepulturae ecclesiasticae indigni sunt haeretici schismatici, et apostatae

Ecclesiastica sepultura privantur

Sepultura Ecclesiae privantur

Ex dispositione iuris, et modo ex iudicis ecclesiastici sententia declaratoria criminis et impenitentiae finalis, ecclesiastica sepultura privantur

Sententia iudicis non habet locum cum de peccatis occultis utcumque gravibus agitur:

Sententia iudicis declaratoria locum non habet, cum adest dubium circa ius aut circa factum:

Admittentes nominatim excommunicatos ad divina officia, seu ecclesiastica Sacramenta vel ecclesiasticam sepulturam, incurunt interdictum ab ingressu Ecclesiae, donec ad arbitrium eius cuius sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

De Ecclesiae rebus.

- Sunt Ecclesiae res
Calix et patena,
Calices, suppellectiles et campanae.
Duo sunt vasa aurea vel argentea, in ea parte inaurata, in qua Corpus et Sanguinem Christi continent, quae per Episcopi consecrationem divino aptantur ministerio.
- Calix et patena execrantur
Si ita frangantur, ut primam amittant formam, si perfossa nequeant sacras species continere, et probabiliter etiam, si novo obducantur auro.
- Calix et patena quousque consecrationem servant,
Tangi nequeunt a laicis et feminis, neque a clericis etiam Subdiaconis si SS. Eucharistiam continent.
- Calix et patena vendi nequeunt
Nisi urgente necessitate, qua posita, nulla consecrationis, sed tantum materiei et artis habenda est ratio.
- Calix et patena vendi nequeunt regulariter
A personis ecclesiasticis integra, et a laicis tantum confracta.
- Suppellex Ecclesiae consistit
In sacris Ministrorum vestibus, in instrumentis ad SS. Missae Sacrificium celebrandum necessariis, et in aliis Ecclesiarum Altariumque ornamentis.
- Certum est sacras vestes atque instrumenta
Regulariter esse per Episcopum benedicenda.
- Sacris rebus magnam habendam esse reverentiam,
Quia sunt pro divino cultu specialiter Deo dicatae, ita ut ad usus profanos transferri ulterius nequeant.
- Benedictio sacris rebus impertita semper durat,
Nisi earum notabiliter mutetur forma, sive ita alterantur, ut nequeant, vel indeceat eas in divinorum usum praebere.
- Campanae consecrandae sunt per Episcopum
Quia in consecratione sacra unctio est adhibenda.
- Campanarum consecratio quandoque appellatur Baptismus
Quia in ea adhibetur aqua benedicta, sanctum Oleum infirmorum, sanctum Chrisma, et nomen aliquis Sancti campanae imponitur.
- Benedictio campanae
Est qua campana ab usibus profanis segregatur, et divino cultui addicitur.

In Ecclesiae usu esse non debent.

Pulsandae sunt moderate ad usus tantum religiosos et pios, iuxta Ecclesiae consuetudinem et Episcopi vel Parochi mandatum, non civilis potestatis, et non ad usus mere profanos.

Campanae antequam sint benedictae

Campanae post benedictionem

De Beneficiis Ecclesiasticis.

Nulla fuisse vera Beneficia ecclesiastica.

Ad instar militum a proprio duce, vitae stipendia diurna, aut menstrua a proprio Episcopo ex communibus bonis capiebant, qui cum assensu presbyteri eos deputabat ad Ecclesiam civitatis vel ruralem.

Quaedam bona ecclesiastica ad vitam Clericis sustinendam cedi singillatim coeperunt.

In Canone Concilii Moguntini.

Ius percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, quod ecclesiastica auctoritate institutum, ab eadem Clerico propter spirituale officium ad vitam tribuitur.

Quia dantur fructus temporales propter officium spirituale.

Nam beneficiatus vivens tamquam bonus paterfamilias debet beneficii bona utiliter administrare, et moriens restituere quicquid ex iisdem sua culpa fuit diminutum aut peremptum.

Erectum auctoritate ecclesiastica, ut sit ab eadem auctoritate conferendum Clerico, et perpetuum.

Quia in beneficiis confertur facultas ad munia

Certum est ante saeculum quintum

Clerici ante saeculum quintum

In saeculo sexto post factam bonorum Ecclesiae divisionem in quatuor partes Saeculo nono beneficia ecclesiastica reperiuntur nominata,

Beneficium ecclesiasticum potest defini:

Ius percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, ex re spirituali enascitur:

Ius percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, potestatem percipiendi comprehendit, non plenam proprietatem et absolutum dominium.

Tria ad Beneficium ecclesiasticum constitutum requiri.

Beneficium eri-

- gendum est ab auctoritate ecclesiastica, nimirum Summi Pontificis, aut Episcopi, spiritualia legitime obeunda: et haec facultas haberi nequit nisi ab Ecclesia.
- Beneficium ecclesiasticum ab auctoritate ecclesiastica conferendum est: Quia confertur potestas ad munia spiritualia legitime obeunda et haec potestas non nisi ab Ecclesia confertur.
- Beneficium ecclesiasticum est perpetuum in se, et ad vitam beneficiati duraturum; Nam beneficiatus ad vitam suam promittit Ecclesiae ministerium, ad vitam est ab Ecclesia sustentandus, quod fit perpetuo beneficii titulo.
- Beneficium ecclesiasticum Clerico saltem prima tonsura initiato, est conferendum. Nam laici nequeunt absque Summi Pontificis dispensatione beneficiorum fructus percipere cum nequeant spirituale ministerium exhibere.
- Beneficia maiora ecclesiastica Sunt illa Episcoporum et Praelatorum iurisdictionem quasi episcopalem exercentium.
- Beneficia Ecclesiae minora Sunt beneficia ecclesiastica inferiora.
- Beneficia ecclesiastica saecularia Quae clericis saecularibus conferenda sunt.
- Beneficia ecclesiastica regularia Quae regularibus clericis conferenda sunt.
- Beneficia curata dicuntur Quae habent adiunctam curam animarum.
- Beneficia ecclesiastica duplicia Quae vel curam animarum, vel iurisdictionem, vel praecedentiam, vel etiam residentiam habent adiunctam.
- Beneficia simplicia Sunt quae beneficiis duplicibus opponuntur.
- Beneficia electiva Sunt quae conferuntur per electionem Capituli iuxta sacros canones celebratum et a Superiore confirmatam.
- Beneficia collativa Quae conferuntur per liberam Superioris auctoritatem.
- Beneficia patronata Quae ad Patronorum praesentationem conferuntur.
- A Pragmaticis recensentur Beneficia manualia sive revocabilia, Eo quod ad nutum conferentis, vel alterius possunt a Beneficiatis auferri.

Quia ex ipsa Beneficii natura emergit quod manuale Beneficium revocabile sit ad nutum.

Quia haec quidem inter primaria Ecclesiae Beneficia recensentur et sunt Summo Pontifici reservata.

Modo observentur solemnitates a iure praescriptae.

Quia Episcopus nequit mutare, quod fuit per Summum Pontificem definitum.

Si adsit dos sufficiens, et Capituli consensus, quamquam Canonorum numerus fuerit ab aliquo Episcopo antecessore definitus, quia ab eiusdem antecessoris definitione non devincitur.

Eo quod talis institutio expectativam ad futuram Praebendam contineret, et omnes expectativae per Tridentinum sublatae fuerunt.

Quia per hoc idem ius spirituale inter duos divideretur, quod ius Canonicum non patitur.

Apponi possunt conditiones honestae et possibiles, etiamsi aliquantulum iuri communi detrahere videantur.

Sunt per haereditatem ac successores observandae, ut ex consensu etiam Ordinarii derogari nequeat: eruitur ex Tridentino.

Pro non adiectis in favorem Religionis habendae sunt.

Ad removendum Beneficiatum a manualibus Beneficiis non requiritur probabiliter aliqua causa:

Beneficia maiora auctoritate tantum Summi Pontificis erigi queunt:

Beneficia parochialia et simplicia solius Episcopi dioecesani auctoritate eriguntur,

Quoad erectionem canonicatum in Ecclesiis cathedralibus et collegiatis, si Canonorum numerus est per Summum Pontificem definitus, nequit Episcopus novum Canonicatum erigere:

Si in Ecclesiis cathedralibus et collegiatis Canonorum numerus non est per Summum Pontificem definitus, potest Episcopus novos Canonicatus erigere:

Episcopus nequit Canonicos supernumerarios creare,

Nequit Episcopus mortuo aliquo Canonico duos in eius locum sufficere;

In Beneficiorum erectione ex fundatorum voluntate, et ex Ordinariorum approbatione,

Conditiones legitime appositae in Beneficiis

Conditiones impossibiles in Beneficiis

Si Capellania per actum inter vivos instituta et vivo adhuc fundatore iam est effectum suum sortita, instante fundatoris haerede, sive successore, nequit amplius in Beneficium ecclesiasticum erigi:

Quia mutaretur evidenter lex a fundatore in limine institutionis praescripta.

Si Capellania vivo fundatore, effectum suum sortita non est, vel per actum ultimae voluntatis fundata exhibeatur, potest instante haerede vel successore, aut executore testamentario, per Episcopum in Beneficium ecclesiasticum erigi:

Quia in hoc casu haeres vel successor praesumitur institutus mandatarius ad id exequendum quod utilius est, et magis ipsi Capellaniae expedire iudicabit.

Capellania laicalis, sive manualis vel mercenaria

Est quaedam pia fundatio sive assignatio certorum reddituum, ut determinatae celebrentur Missae, cui alia adhuc onera adiungi possunt.

Capellania laicalis non est Beneficium,

Quia a privato procedit, vel Ecclesiae non habet auctoritatem.

De Electione ad Beneficia Ecclesiastica.

Quatuor sunt modi quibus Beneficia obtinentur:

Nempe, *electio, postulatio, collatio et institutio.*

Electio defini potest

Vocatio personae idoneae ad ecclesiam aut praelaturam vacantem, a legitimis electoribus facta, et a superiore confirmata.

Canonica electio triplici modo fieri potest, nempe:

Per scrutinium, compromissum, inspirationem et quasi inspirationem.

Canonica electio per *inspirationem* fit,

Cum ex divina revelatione quis in Episcopum eligitur ut contigit in S. Nicolao et S. Ambrosio.

Canonica electio per *quasi inspirationem* fit,

Cum nullo praecedente tractatu, omnes electores, quasi divino Spiritu afflati, uno corde et ore ad aliquem in Episcopum designandum concurrunt.

Cum qui habent vocem activam eligendi, nemine dissentiente, eorum facultatem uni aut pluribus idoneis compromissariis concedunt, ut ipse vel ipsi omnium vice Episcopum eligant.

Canonica electio fit per compromissum,

Si compromissariis data sit facultas quamcumque idoneam personam eligendi.

Compromissum dicitur *absolutum*

Si compromissariis data sit facultas eligendi aliquem de determinato Capitulo, aut Collegio aut etiam eligendi tantum illum, quem maior Capituli pars probaverit, tum de scrutinio participat.

Compromissum dicitur *limitatum*

Cum a Capitulo legitime convocato tres ab ipso Capitulo deputantur scrutatores fide digni, qui primum a se invicem, deinde a singulis Canonicis secreto et diligenter, vota exquirant, eaque in scriptis referant et publicent.

Canonica electio fit per scrutinium

Numeri ad numerum, zeli ad zelum, et meriti ad meritum.

Facta publicatione, instituitur comparatio electorum

Habet locum, si vota sunt publica, data per scriptum vel viva voce; si secreta sunt vota, fit tantum comparatio numeri ad numerum.

Comparatio votorum in electione, de merito et zelo electorum

In quem maior et sanior pars Capituli consenserit. In hac electione non datur appellatio, licet quidem detur protestatio.

Ille denunciatur in Episcopum electus

Scrutinium toties est iterandum, quoties aliquis agnoscatur canonice electus, vel electio in Compromissum est deducenda.

Si facta publicatione, nemo maioritatem absolutam retulerit votorum,

Intra octo dies, si commode feri queat, est significanda electio.

Electio legitime peracta

Mensem ad electioni de se factae consentiendum; post praestitum consensum tres menses habet ad confirmationem a Summo Pontifice petendam.

Electus habet

De natalibus ipsius electi, de aetate et doctrina, deque moribus.

Processus informativus conficitur

Est processus si omnia legitima adsint, et Summo Pontifici in Consistorio referantur.

Praeconizatio

Per eundem Summum Pontificem solemniter emittitur electi confirmatio.

In Consistorio consultis Cardinalibus,